



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. De attentatis, appellatione pendente, eorúm que revocatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

h. t. patet junct. Gloss. V. Alioq. Et consequenter appellatio etiam parit effectum devolutivum, & in illis sæpè casibus, ubi suspensivus effectus locum non habet, ut ex dictis patet. Imò non tantum causa principalis per appellationem devolvitur ad Iudicem ad quem, sed etiam ejus accessoria, sive quæ illam consequuntur *c. Dilectis 55. h. t.* ob causam scilicet connexionem.

§. V.

De attentatis, appellatione pendente, eorumque revocatione.

Quòd pendente appellatione nihil sit innovandum, supra dictum, ita ut tales innovationes attentatorum nomine veniant, quæ revocanda in hoc §. dicuntur; & hinc si appellatum in casibus licitis fuit à sententia definitiva, debet Iudex appellationis ante omnia revocare non tantum quæ post appellationem innovata fuerunt, sed ea etiam omnia, quæ medio tempore inter sententiam latam, & appellationem interpositam innovata fuerunt, modò debito tempore appellatum postmodum fuerit (quia hæc talia in casu appellationis à Iudice à quo facta, censentur facta à Iudice incompetente *Glossa in c. Venientes 19. V. Possessionem ipsam de jurejurand.*) nisi casus esset, in quo non admittitur appellatio de jure, aut probari non posset, definitivè pronuntiatum fuisse, fuisse appellatum, & aliquid fuisse innovatum. Si tamen ab interlocutoria tantum appellatum sit, non potest post eam appellationem attentata revocare Iudex appellationis, nisi priùs constiterit, causam appellandi, & legitimam, veram esse, nisi

Canonice à Iudice ad quem imbutum fuerit Iudici à quo, ne procedat ultra *c. Non solum §. Illa verò h. t. in 6.* quæ appellacione ab interlocutoria non penditur jurisdictio Iudicis à quo, causa rationabilis appellandi allegata probata fuerit, & sic appellatio revocata, quod in appellatione à definitiva locum non habet.

§. VI.

Alia quedam observanda circa revocationem attentatorum post appellationem proponuntur.

Primò habet locum hoc revocandi attentata non tantum appellatione judiciali, sed etiam appellatione (sive à Iudice à quo, sive à Iudice in quo) innovatum aliquid fuerit, & appellationis iusta, & probabilis fuerit, & parte citatà causa revocandi attentata ignota fuerit, quia non tantum appellatione pendente nihil innovandum, sed etiam appellatione lite pendente *c. 1. & 2. de appellatione & c.* & hinc cum appellatione judicialis sit saltem provocatio ad Iudicem à quo facta *c. Cùm sit §. Si vero h. t.* etiam hinc provocatiam inducit, si tamen talia attentata post appellationem extrajudicialia facta sint in gravamen seu in preiudicium appellationis *c. Cùm nobis 19. de collatione beneficii post legitimam appellationem facta ab eo, à quo appellatum est, est ipso jure nulla, & revocanda debet tanquam facta post & contra appellationem c. Dilecti 1. h. t.*

Secundò, sicuti licet appellatum ante Iudicem ante litem contestatam innovantem aliquid, vel si sine justa causa ab ipso ex consensu partium ad Iudicem assignatum præveniat, ita etiam